



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 29. Sanctiones pro Candia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

mortem 23 Julii anno 1373. Sequenti Sæcul. XIV.
A.C. 1373.
anno corpus ejus curis Catharinæ filiæ
translatum in Sueciam sepultum est in
Vadstenano cœnobio, quod illa condide-
rat, & ubi multa fiebant opera naturæ
viribus majora.

§. XXIX.

Sandiones pro Candia.

Candiam tum temporis tenebant Ve-
neti, sed incolebant Græci ex maxi-
ma parte schismatici, quos Monachi, &
Sacerdotes sui pro viribus avocabant a
reditu ad Romanam Ecclesiam. Idcirco
Papa Urbanus anno 1368 hujus insu-
læ Archiepiscopo, & Suffraganeis scripsit
epistolam, in qua dicebat: Modo, dum
ecclesiasticæ censuræ Magistratus civilis
ope melius mandari executioni queunt,
in hac insula extirpatum iri schisma
sperantes præcipimus, ut Græcorum ne-
mo ad Ordines promoveatur nisi per
Episcopum Latinum, aut Græcum Catho-
licum, qui hoc per litteras testetur suas;
& consecratus a tali Sacerdos divinum
sacrificiū, officiumque ex ritu Ecclesiæ
Romanæ peragat. Vetamus insuper, ne-
quis Monachus, vel Sacerdos Græcus
nostrum non servans ritum deinceps au-
deat confitentibus operam dare, aut e sug-
gestu ad Populum dicere.

Etiam

Rayn. 1368.
n. 20.

Sæcul. XIV.

A.C. 1373.

Id. 1373.

n. 18.

Etiam Duci Veneto Andreæ Contarino scripsit in hanc sententiam: Ut comperimus nuper admodum: Constantino-
 politanus Patriarcha Græcus olim vestram in insulam Cretam mittebat Archiepiscopum sibi similem, seu schismaticum, qui tales Græcos in rebus sacris regeret. At unus ex tuis antecessoribus gravi sub pœna prohibuit, ne hujusmodi Præsul in posterum reciperetur: ac inde a morte cujusdam Macarii observata est interdictio: ut etiamnum observatur. Idem Dux sanxit, nequis schismaticus excederet ex insula, & schismatico a Præsule Ordines acciperet: quæ tamen inhibitio modo haud observatur; & sic in insula fovetur schisma. Oramus itaque, ut hoc præceptum sancte servandum cures; & tam per te ipsum, quam per Prætores, quos ibi habes, facias, quidquid ad schismaticos Ecclesiæ jungendos valet: qui, quo magis concordēs Latinis Catholicis, eo fideliores tibi erunt. Dabat 27 Oct. 1373.

§. XXX.

Festum oblatæ in templo Virginis.

Sup. lib. 96.

§. 39.

Philippus Macerianus nobilis Gallus, ac Regis Cyprii Cancellarius, de quo jam facta mentio, hoc anno in aulam Regis Caroli V delatus, huic exposuit, quæ sequuntur: